



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

an & quando liceat provocato duellum comparere. n. 519.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

## CONFERENTIA. LXXXII.

**N**on frequenter inter Nobiles & Equestres 519.  
in Germania , quam ad vindicandam  
quamlibet injuriam alterum ad duellum pro-  
vocare : an liceat provocato , ad vitandam  
timiditatis notam comparere in loco & tem-  
pore assignato , Ratio dubitandi est : quia  
nisi compareat , habetur ab aliis Nobilibus  
infamis , nec in statu militiae & nobilitati  
amplius aestimatur , nec promovetur . &c. Sic  
itaque

**R**ESOLUTIO Prima : Non licet duel-  
lum ab alio oblatum acceptare ad honorem  
conservandum , aut timiditatis notam aver-  
tendam. Ita Comm. apud Laym. p. 3. cap. 3.  
pater ex sententijs novissime damnatis ab  
Alex. VII. 1665. inter quas secunda est :  
Vir Equestris ad duellum provocatus potest illud  
acceptare , ne timiditatis notam apud alios in-  
currat. E ratio est evidens : quia id præ-  
eisè licet ob defensionem honoris , & vi-  
tandam infamiam , atqui revera sicut nullum  
est dedecus , nulla infamia sed merus &  
solidus honor ; ita nemo prudentum arque  
proborum vitio vel infamiae vertere jure po-  
test , quod quis legem Dei & Naturae ob-  
servet , & sui ipsius , vel proximi occi-  
dendi pericula ( absque justa necessitatis  
causa ) non adeat , cum possit haec omnia  
evitare dicendo v.g. Ybiunque me aggressus  
fueris

fueris, ecce gladium meum, vel sic: Eq.  
qua  
le  
tali  
dom  
cus  
hon  
vate  
defe  
injū  
cīt  
qui  
fave  
min  
lem  
Seſſ  
cid  
mu  
les  
ſtis  
ſon  
deſ  
tua ista inductione opus non habeo, ad me, meum  
que honorem tuendum, quounque loco, in  
tempore paratus hoc gladio defendere, &c. Quod  
sive inde fiat aggressio, locus erit justae defen-  
sionis. Unde

520.

Ad rationem dubitandi Resp. quod si n-  
spuat provocatus duellum. v.g. miles in ex-  
ercitu, vel Nobilis in aula Principis, debea-  
cedere armis, officio, dignitate, aut exciden-  
tia vel Principis favore & gratia ob signa-  
viæ suspicionem: adeo ut tunc sub titulo ho-  
noris ipsius vitæ vel familiæ conservatio pen-  
clitetur, omnino facentur Narat. Laym. &  
alii communiter, licere tunc duellum accep-  
tare, meæ defensionis gratia provocanti  
fistere: quia tunc est mera defensio contri-  
inustum aggressorem, qui sua provocatione  
de facto aggreditur honorem provocati, offi-  
cium, dignitatem, adeoque conservatio-  
nem vitæ & familiæ suæ, ut illam ipsi vio-  
lenter eripiat. Hæc ex Patri. nostro n.s., in  
5. præc. Decalogi c. 2. n. 204.

### CONFERTIA. LXXXIII.

521.

TYrannus nimium gravat subditos, non ad  
Reipubl. sed suum proprium econmo-  
dum: An cuiuslibet privato liceat talem occi-  
dere.

Rx. Ty

